

fem, & Rodolfum Comitem Habspurgensem. Anno 1378. A Rhenus ita inundavit, ut in foro piscario lintribus uti cogentur. Anno 1424. & iterum 1480. Rhenus eo usque exerevit, ut pontis tria juga absteruerit, minoris Basilicæ moenia superaret. Anno 1446. Byrfecus in foro piscario sex domos abstulit. Anno 1529. 14. Junii, oneraria per forum frumentarium inundante Byrfeco, sine offensa vehebantur. Anno seq. 4. Julii paulo minor inundatio. Secutum bellum civile Helveticorum.

Hyems anno 1595. erat asperissima, aer ad multas septimanas serenus, & frigidus, pluvia nulla, gelu continuum: ita ut non tantum torrentes, & rivi, sed maxima quaque flumina, ut Rhenus, Mosæ, Mœnus, Neccarus, Danubius glacie tam crassa confringerentur, ut onustissimi plaustra, & quadrigæ sustinerent, & transmitterent. Nives hac hyeme aut nullas fuerunt, aut exiguas: sed mense Februario bis tantum, neque adeo copiosè nixit: quæ nives cum pluvia densa, & continua resolverentur, aqua ex sylvis, & montibus in fluvijs deflens, alueos longè lateque egressa est, & per agros spaciata, maximam effecit eluvionem: urbibus, pagis, agrisque, supra quàm dici potest, noxiam. Perruptis namque aggeribus, casas non modo humiles, & cariosas, non modo horrea, & stabula, nullo firmo nixa fundamento, sed firmissima etiam adificia vorticibus objecta violenter eruit. Colonia, Moguntia, Francofurti, & aliis in urbibus, & oppidis ad flumina sitis, multa cadavera visa sunt in aquis natæ, vacca stabulis, & præsepibus alligata, equi ephippiis ruptis, porci, oves, & omne pecudum genus, homines utriusque sexus, & ætatis, infantes in cunis partim vivi, partim mortui aquarum violentia secundo flumine rapiébantur. Pagos multos aqua tam repente involvit, ut incolæ passim pavidi usque ad supræmæ tectorum fastigia properarent, muros perforarent, tabulata perforarent, scælas, celoces, atque carinas ardentè exposcerent. Toto coelo confertim gemitus audiebantur, & quiritatus, adificiorum ruitantium fragor, cum horrendo murmure ab utriusque sexus, & ætatis hominibus in unam tragicam vocem, & luctuosam speciem undecumque confusis. Quicunque repentinos aque vortices effugere potuerunt, relicti omnibus, in sylvas, & montes se receperunt. Videre hic fuit terræ evulsas arbores, & simulachra Sanctorum altari- Cibus eruta: illie domorum contignationes abreptas, tecta, & latera, spondas, & culcitras, capias, subicilia, omnisque generis avectam fupellestem fluitare. Inveni sunt homines, quos harum rerum cupiditas in scaphas descendere coegit, & sese vorticibus tam periculosos credere, ut præterlabentia supellestilia extraherent: quorum nonnulli absorpti sunt. Id, quod interualis Prætoris in Kestât, juxta Hannoviam in Mœno contigit. Norimbergæ, Torgaviæ, & aliis in urbibus ingentes pontium formices cum aquis paululum luclatæ, horrendo tandem spectaculo corruerunt. Atque ita strati sunt maximi, & sumptuosissimi pontes, mola, anterides, peristilla: cavata viarum strata, templorum aditus, & pavimenta. Ipsa etiam mortuorum ossa jam cum sepulchris subruta, ad formidabilem extremam anafactos tyrum alludere videbantur. Heribipolivitissus est senex, & canus homo cum vetula uxore in fragmento glaciei fluitare: cumque uxor ad ripam esset reduca, statim expiravit. Francofurti ad Mœnum cataclysmus iste postissimum grassatus est: ubi Mœnus ad integræ unam altius intumuit quam anno M. D. LXXIII. omniaque penuria non vicina tantum flumini, sed quæ in penitioribus civitate inundavit, magnamque cladem, vino, cerevisiæ, sali, aliisque D meribus corruptibilibus intulit. Præ cæteris autem Typographi, & Bibliopolæ exteri plurimum damni fecerunt in suis officinis, cum nemo esset, qui officinarum claves, aut mandatum ab illis ullum haberet. Cæpit hæc inundatio 4. Martii, duravitque dies 14. Mofella una nocte ad 33. pedum altitudinem, Rhenus ad 29. excrevit dicitur. Memorabile quoque est, neque ab hoc loco exulare debet hujus diluvii vis, quam in Dicecæsi Ultrajectensi exercuit: ubi Rhenus paulo supra Grinnes antiquos populos, nunc Rhenensæ oppidum habitantes: fossa, cui nomen Gribba, emissaria perripit, aggreffusque exerit, & ingentem aquarum copiam in subiacentes bituminosos agros, ex quibus cespites effodiuntur, infudit: quæ deinde per varios gyros, anfractus, & ambages ignota, atque inusitata via (miraculum sanè ab orbe condito inauditum) horrendo impetu, incredibilique pernicitate per aliquot milliaria montes inter, & colles, per sylvas, paludes, & eriecta ad oppidum Amorfordensæ defertur, in cuius montibus cum horribilissimum repagulum invenisset; per fossas urbis scè dividens proximas portas cum cataractis dis-

jecit, pontes lapideos disturbavit, tantaque tyrannide grassata est, ut moenia ipsa cum turribus, & dimidia penè urbis pars E tremendam ruinam minantur. Tandem foras in Amistam effusa, velut è carcere liber, in camporum planiciem venit, paulatimque diffuens, in mari meridionali absorpta oppidum metu libertavit.

NAUFRAGIA.

De his respectu Navium, quæ corruptantur, sub Tit. Paupertatis materialiter considerata. Hic respectu efficientis, aqua nimirum.

Athenienses semper summo studio navium classem sibi compararunt: & pro temporis intervallis, nunc victores, nunc victi, amiserunt triemes in Ægypto ducentas, una cum supplementis, in Cypro 150. in Sicilia 240. in Helleponto 200. Armaturæ gravis milites eis perierunt in Sicilia 40000. in Chæronea 10000. *Ælian. de Var. hist. lib. 5.*

Lacedæmonii ad Arginusas ab Atheniensibus victi, naufragio LXXVII. naves amiserunt. *Diod. l. 13.*

Siculus quidam, cum fides navi portans, naufragium fecisset, ac deinde sedens in littore, mare placidum, ac tranquillum videret, veluti invitatus ad iterandum navigationem, dixisse fertur, *Oris' dicitur, vides dicitur, id est, Navis, quid veis, ficos vis.* *Erasmus in Adagijs.*

SICCITATE.

Sub Achab rege Israelitarum toto triennio tanta fuit sterilitas, ut omnes fluvij exararent, & jumenta pabuli, & aque inopia cum hominibus morentur. Accidit autem ea fames propter Achab idololatriam, prædicente Elia propheta. *3. Reg. 17.*

Toto imperiæ Constantinii Romani III. F. tempore maxima fuit siccitas per totam Græciam, exarueruntque etiam fontes perennes, & flumina. *Cædrenus.*

Anno Urbis 325. T. Quinto Pemo Cincinno, & C. Julio Mentone Coss. siccitas in Italia fuirgens.

Anno Constantinii Copronymi 16. tanta siccitas in Thracia fuit, ut nec pluvia, nec ros de cælo caderet, & cisternæ, lavacra, fontes, & fluvij Constantinopolitani descenderent, ac necesse haberent Valentiniiani aqueductum renovare. *Paulus Diaconus, in Sigebertus anno 767.*

TERRA. TERRÆ MOTUS.

Terræ motus per se ad Theatrum Elementorum pertinet. At respectu damni, quod fortisus inferitur, Terra inter Efficientes causas reddè connumeratur. Respectu Mortis hominum ad Corpore referri debet. Respectu Urbium, & Insularum, quæ pereunt, sub Paupertatis acquisitione, secundum subiectum considerata.

Vide Tit. Regionis Urbes terræ motu vastatæ.

Vide in loco de Terra.

TERRÆ MOTUS.

ANIMATA. PAUPERES FACTIA

Anaphe insula carebat olim perdicibus. Astypalæus quidam par perdicem intulit: quæ brevi tempore ita luxuriavit, ut præ illarum copia incolæ regionem propè defecere cogerentur. *Athenæus l. 9. c. 20. Eustathius liad. 4.*

Graculis.

A In Jonia prodit Apostolus, Venetos Adriatico mari appositos lub fementis tempus soltos cum graculis depacifici, ut libris objectis cum maza, qua illis forent ligmata, femina non rofoderent omnia, vel legrent, stabantque illi didis legibus. *Cælius lib. 24. cap. 4.*

Passeribus.

In Media adeo ingens passerum inolevit copia, jacta absumptum femina, ut homines ad alia migrare cogerentur loca. *Diodorus Sic. lib. 3. cap. 3.*

Leonibus.

Quædam Libyæ Urbes leonum vi ab desertis locis ad eas adventantium deserta sunt. *Diodorus lib. 3. cap. 3.*

Lupis.

Sicyoniorum ovilia lupi vastarunt tantopere, ut nullus jam ex illis capi fructus posset. Apollo monstravit, quo loco aridum quoddam lignum jaceret: ejus corticem carnibus permistum cum ex eodem oraculo lupis Sicyonii apposuisent, statim illis interempti sunt. Hincque Apollini Lycæo Sicyone in foro templum gratitudinis ergo fuit erectum, *Pausanias in Corinthiacis.*

Leporibus, Cuniculis.

Cim in Carpathiorum insula lepores non essent, illi curarunt importandos aliunde. Verum ubi ejus animantis magna vis increvisset, ut est mira fecunditas, fruges insule populari cooperent. Hinc adagium, *ò uapod' dicitur, èv' raxij:* id est, Carpathius leporem, in eos, qui sibi rem noxiam accerserent.

Astypalæa carebat leporibus olim. Postquæ, cum Anaphenus quidam par leporum in insulam infulisset, brevi tempore ita excreverunt, ut lata omnia corrumperent. Itaque oraculo didicere Astypalæi, canes nutriendos esse venaticos. Intra anni spatium capta fuere leporum sex millia. *Athen. lib. 9. cap. 20.*

Cuniculi plantis vastitatem inferunt, & factorum radices escitant per totam fermè Hispaniam, Massiliam usque, quin & ipsas perturbant insulas. Nempe Gymnesiarum insularum incolæ missis aliquando Romam legatis terras novas petisse dicuntur, quia cuniculis propter multitudinem obfistere nequirent. Solent aliqui quæ Africa feret sylvestres afferre, quas quidem funiculis capistratas intra foramina dimitunt, hæc quos capiunt unguibus extrahunt, aut in summa telluris effugere cogunt, egressos autem capiunt venatores. *Strabo, lib. 3. Balears contra cuniculorum proventum ab Augusto auxilium militare petierunt, cum populatis mellebus ad famem redacti Cælesti, Plinius lib. 8. cap. 55.*

Muribus.

Cum urbes quadam Troadis à muribus infestarentur, incolæ Apollini vota fecerunt. Is mures sagittis suis confecit. Templum igitur ei adificarunt, & *àro dicitur, quid dicitur*, hoc est, muribus, lingua Phrygum sic appellatis, & oppidum Sminthem, & Apollinem Sminthium dixere, sub cuius pedibus mus jaceret. Alii verò Crinidem sacerdotem, cum domus ejus infestaretur à muribus, Apollinis opera liberatum, & Sminthium simulachrum tale constituisse asserunt, hoc est *uapod' dicitur, Eustathius liados a. Vide Tit. Oracula intelleda.*

E Troade fugati sunt incolæ, murium agrestium copia. *Plin. lib. 10. cap. 65.*

In Italia murium multitudine sylvestrium è terra prodicens, D plures solum patrium linquere coegit. *Diod. lib. 3. cap. 3.*

Chalcidenses, qui incoluerunt Cleonas, Elymnio Athi civitate pulsi sunt à muribus: qui omnia illorum bona ita devorabant, ut neque ferro parcerent. *Heraclides in Politi.*

Ranis.

Secunda plaga Ægypto divinitus per Moysen immissa est, quando virga sua Aaron tantam ranarum copiam induxit, ut totam regionem infestarent: quas tamen, deprecante Pharaone, Moyses suis precibus ad Deum enecavit, ita ut in culmos maximos coacerata, fecerit reddiderint regionem. *Exod. 8.*

In Præonia, & Dardania olim ranis ita pluit, ut præ multitudine illarum, & fetore novas sedes querere fuerunt coacti. *Eustathius liados a.*

Eos, quos Attariotas vocant, ranæ è nubibus pro guttis aque in terram delapsa adegunt, relicta patria ad eam, in qua nunc quoque resident, oram confugere. *Diod. l. 3. c. 3.*

Abderis populi ranarum, muriumque multitudinem patrium solum relinquere coacti, novas sibi sedes quaesiverunt. *Sab. lib. 7. Enn. 4.*

Cete.

Justiniano Imperante, cetus marinus (quem Porphyrum Byzantini vocant) qui circa annum jam quinquagesimum, Byzantinis, & finitimis infestior, navigia plurima depreflerat: dum Delphinus acris infestatur, littori Euxini ponti impactus, interfectus est. Cujus magnitudinem cum cura emensi, cubitos in longitudinem triginta, in latitudine 20. esse compererunt: quam illi per cæcus partiti, ut cuique libuit, vel sibi sale conditam servarunt, vel depasti mox sunt. *Procopius lib. 3. belli Gothici.*

Serpentibus.

Nervi Scythiæ populi, una ante Darii expeditionem æstate, coacti fuerunt solum vertere, propter serpentes. Nam serpentum cum magna vis ex ipsorum solo est edita, tum major supernè è locis desertis ingruerat, adeo ut relicto suo solo cum Budinis habitaverint. *Herod. lib. 4.*

Amyclarum civitatem Italiæ inter, Cajetam & Terracinam à serpentibus deleram tradunt. Hinc proverb. natum, Amyclas perdidit silentium. Fuit ea colonia Laconica. Servius existimat, Laconas Pythagorica disciplina fuisse sequaces. Quoniam autem interdixisse creditus est Pythagoras *σαρπτοφιλίας*, hoc commento, quod diceret humanas animas in animalium corpora demigrare, & ob eam rem prohibuisse, ne quod animal occideretur (quemadmodum atretatur & Juvenalis) à cunctis animalibus abstineret, qui tanquam homines nefas esse dicebant, serpentes, qui ex vicinis paludibus nascebantur, occidere. Quorum tanta increvit multitudo, ut civitatem eam deleverint, teste etiam Plinio. *Erasmus in Adagijs.*

Scorpionibus, Araneis.

Æthiopia Acridophagis Regio adjacet per ampla, varietate pascuorum fertilis, sed deserta, & quæ necesse adire nequeat. Non tamen hominibus à principio caruit, sed postmodum intempesiva ex pluvia deserta est, multitudinem aranearum, scorpionumque ferente. Tantam enim harum bestiarum excrevisse copiam ferunt, ut morsibus pestiferis incolæ vexati, patriam desererent, & ad alia loca confugere compellerent. *Diod. l. 3. cap. 3.*

Citra Cynanmoglos Æthiops latè deserta Regio est, à scorpionibus, & solpugis gente sublata: & à scelopendris abactos Trerientes, auctor est Theophrastus. *Plin. lib. 8. c. 29.*

Pediculis.

Tertia Ægypti plaga à Domino per Moysen immissa fuit, quod virga sua Aaron, jubente Moyle, pulverem percussit, qui in pediculos conversus, homines, & bestias inere afflixit per univerfam Ægyptum, excepta Gossene, quam incolæ Israelitæ. Quod prodigium cum Magi imitari non possent, confessi sunt digitum esse Dei. *Exod. 10.*

Locustis.

Consule Tit. Fannis, cuius effluvia causa sunt interdum depastis frugibus locustæ.

Octavam Ægypti plagam locustæ, vi Euri invectæ, per integrum diem, & noctem vastarunt, ita ut tota Ægyptus iis cooperiretur, & quicquid à grandine superferret, consumeretur. Eas tandem rufus vento marino vehementissimo Moyses in mare rubrum abripiendas curavit, Pharaone deprecante. *Exod. 10.*

Nuper in hac provincia Judææ, inquit D. Hieronymus in cap. 2. *Joelis*, cum locustarum agmina venirent, & aerem, qui inter coelum, & terram est, occuparent, tanto ordine ex dispositione jubentis Dei volitarunt, ut inflat testularum, quæ in pavimentis manui artificis collocatæ sunt, suum locum tenerent, & ne puncto quidem (ut ita dicam) vel ungue transverso declinarant ad alteram.

Maximam fuisse siccitatem à Januario usque ad Septembrem, P. Diaconus l. 4. *de gelis Longob. cap. 1.* refert, circa decimum annum Mauricii Imperatoris. Hanc siccitatem inaudita locustarum multitudine subsecuta est, quæ absumptis biennio longè, lateque segetibus, gravissimam Italiæ intulerunt famem. *Greg. Turonensis lib. 6. Hist. cap. 44.* facit mentionem locustarum, quæ per quinquennium Carpathiam provinciam vastaverint, & postica in aliam provinciam avolaverint.

Casi montis incolæ precibus à Jove impetrare solebant Seleucidum avium adventum, fruges eorum locustis vastantibus. *Plin. lib. 10. cap. 27.*

Acridophagi Æthiopiæ populi deserto contermini, adeo locustarum multitudine veris tempore, flante Zephyro, & Lybico, vexantur, ut ni artificiosè ignibus eas comburerent, penitus consumerentur. *Diod. Sic. lib. 4. cap. 3.*

Italiam ex Africa maximè coorte locustæ infestant, sepe A populo ad Sibyllina coacto remedia confugere, inopia metu. In Cyrenica regione lex etiam est, ter anno debellandi eas primò vao obterendo, deinde sextum, postremo adultas, desertoris pœna in eum, qui cessaverit. Et in Lemno insula certa mensura præfixa est, quam siquæ enecataram ad magistratû deferant. Graculos quoque ob id colunt, adverso volatu occurrentes earum exitio, Necare & in Syria militari imperio coguntur. *Plin. lib. 11. cap. 29.*

Prima ætate anni 852. grandiores folite locustæ pollicem viri æquant, ab Oriente externa pabula quasitura occiduum solem veris, tanto frigidore pennarum pervolarunt, ut aliæ alites crederentur, solemque per quinque millia passuum obumbrarent. Dira menses contebant nube, multa contactu adurentes, omniaque mortuæ erantes, cortices quoque arborum, atque fores rætorum. Centum quinquaginta jugera uno die depasta fuisse memorat proditur. Viginti milibus passuum uno die per æra, in instructa acie, compositique ordinibus ferebantur, terræ incumbentes castra faciiebant. Duces cum paucis itineris unius diei præcedebant agmen, quasi loca opportuna castris capturi. Eadem hora, qua B antecursoris pridè venerant, universæ copie postredie adebant. Ante ortum Solis à loco, cui infederant, non movebantur, orto sole demùm per cohortes suas proficiscebantur. Germani inopia metu ad divina remedia confugere coacti. Tandem illæ à vento sublatae in Oceanum Belgicum adte sunt, rejectæque æstu ad continentem, fætere corruerunt ærem, unde dira pestilentia subsequuta est. *Aventinus Annal. Bojor. 1.4. d. D.*

Anno Constantini Pogonati octavo locustæ per Syriam, & Mesopotamiam agminum volitarunt. *Paulus Diaconus lib. 19. rerum Roman. & Honorius in Chronico.*

Anno sexto Romani Argypoli Imp. cum locustæ ali-quando Orientales essent depasta provincias, coacti sunt incolæ liberos suos divedere, & in Thraciam migrare. Quibus Imperator terra in singulos numismata largitus est, & domum redire fuisse. Interim locustas ventus vehemens corripuit, inque Hellepontum abiecit, ubi in litus rejecta, arenam operuerunt. Altero deinde anno examina locustarum sponte C sua reyerunt, & omnia Helleponti loca infestantur: cuiusque provinciam Thracensem per integrum triennium depopulata esset, apud Pergamum perierunt. *Cædrenus.*

Anno Christi DCCCLXXXIV. immensa locustarum multitudo, quæ alius major fœnis alarum remigiis, volitabat ab Oriente, cum fœnis pedibus, ac duobus dentibus durissimis, rotam penè devastavit Galliam mense Augusto. Et quod mirum erit dictu, tanto ordine volitavit, præmissis ducibus, qui pridè castra metarentur, ut militaris disciplina in iis animalibus cerneretur. Aæ fegetes depastando detondebat, ut nihil reliquum esset. Volitabat diurno itinere, quatuor, aut quinque millia passuum. Delata ad mare Britannicum, cum totam penè terræ superficiem obegeret, ventorum flatu in profundum delata est, & subverfa. Sed resufione Oceani in litus rejecta, putredine aeris ex fætere cepit. Unde magna nata est famè, & pestilentia, qua tertia pars hominum fœtur absumpta. Eodem anno Ludovicus II. Imperator obiit, Sigibertus Regno lib. 2. Ordo Phrygæ nesci.

Anno 1535. tanta vis locustarum pervagata est Poloniam, D ut volantes Solis aspectum hominibus adimerent: humi verò strata equorum ungulas crassitudine superarent: quæ depasta maturescentes fegetes, angustiorè annonam fecere. *Cromerus lib. 12.*

Anno 1475. Sirdanensem & Lencienfem oram, atque Masoviam locustarum vis ingens ex Ungaria, Moravia, & Silesia adveniens, pervagata, non modò fegetes, atque prata; verum etiam arborum frondes depasta est, continuatis ad fœquilliarium in latitudinem, & alterum tantum in longitudinem examibus concurrentibus, inter fœ nonnumquam, & Solis aspectum densitate sua terræ adimentibus. *Crom. l. 28.*

Erucis.

Annus 1145. cum cæteris malis, tum ingenti annoz caritate insignis fuit, quòd cruce strpes, ac fegetes omnes dira quadam proluvie consumperunt. Eo ipso Eugenius III. Romanos rebellantes domui, & sacrum bellum Latinis in Orientem indixit. *Sigon. lib. 11. regni Ital.*

Anno decimo septimo Alexandri III. Scotorum regis tanta eructum per totam Scotiam, & Angliam vis fuit, ut omnes fructus arborum, herbarumque absumerent, olera ad caules

usque arroderent. Eodem insuper anno tanta inundatio nimio plus solito maris æstu per tempestates alveos excedente, facta E est, præsertim Tai, & Fortiora fluviorum, ut multas villas, ac pagos prostraverit, maximumque cladem tum hominum tum pecorum dederit. *H. Botb. lib. 13.*

Mæsis, Inseclis, Culicibus.

Quarta Egypti plaga à Domino per Moysen immisa, fuit tanta insectorum vis, ut tota Egypti regio ab his devastaretur excepta Cosene, quam incolebant Iſraelitæ, *Exod. 8.*

Myntem Joniz oppidum in Asia oppidani olim deserere coacti sunt. Parvus enim fuit in agro Myusio ad mare sinus, quem Mæander fluvius aquarum impetu late summotis ripis, & oblimato ostio, stagnum reddidit, exclusis itaque marinis aquis, tanta repente coorta est è palude culicum vis, ut ea lue victi homines, rebus omnibus suis, deorum etiam signis apertatis, Miletum migrarent. *Pausanias in Achaicis.*

Eadem verò calamitas, qua Myntem delavit. Atamitis, qui infra Pergamum fuit, exitio fuit. *Idem.*

PAUPERATIS POSSESSIO CONSIDERATA respectu SUBIECTI, sive RERUM in genere.

PAUPERATIS MULTIPLEX.

Festus Pompejus ad monetæ, homines exilire, tenuique fortuna F ditios olim Canalicolas, quòd circa canales fori consisterent. Erasmus in Adagijs.

Job viri sanctissimi arma bona, & aſnarum latrones Arabes abegerunt, greges coelestis ignis cum pastoribus devoravit, camelos Chaldaei ceperunt, filii septem cum tribus filiabus in convivio ruina domus oppressi interierunt. *Job. 1.*

Hecale paupertate nobilis est, cuius meminit Plautus in Cistellaria: *Siquidem eris ut volo, nunquam Hecale fies. Erasmus in Adagijs.*

Telemachus Acarnanensis, ob paupertatem fabis sapenunero vicitabat. Hinc Telemachi olla proverbio locum fecit.

Telenicus usque adeo nota paupertatis fuit, ut Seriphii verbum inde finerint, dicantque *messonibus* pro evacuare. *Erasmus in Adagijs.*

Conna tibicen paupertimus, qui nihil habuit præter oleastrum. Fuit & Lyliftratus summa paupertatis homo, adeo ut proverbio locum fecerit. *G*

Apher apud Martialem in proverbium abiit ob paupertatē.

Cum sis tam pauper, quam nec miserabilis Apher. In Nestorem, Martialis Epigram. lib. 11.

Nec toga, nec focus est, nec trivitis cinice lectus, Nec tibi de bibula saria palude reges:

Nec puer, aut senior, nulla est ancilla, nec infans, Nec fera, nec clavus, nec canis, atque calix.

Tu tamen affeclis Nestor dici, atque videri Pauper, & in populo quæris habere locum,

Mentiris, vanoque tibi blandiris honore:

Non est paupertas, Nestor, habere nihil.

* PAUPERUM CURA HABENDA.

Putat. Erga Pauperes Liberalitas, Misericordia.

Diximus è hoc argumento tam obvio multa in Loco de Eleemofyna, quæ huc etiam non incommodè transferuntur.

Item in Loco de Misericordia.

Antequam exempla illorum proponantur, qui liberales se, ac munificos erga pauperes exhibuerunt, sententia nonnulla cum S. Scripturæ, tum SS. Patrum expendenda veniunt. Sic enim apud Tobiam legimus *cap. 12.* Qui faciunt eleemofynam, & Iustitiam, saturabuntur vita. Et iterum. Qui miseretur pauperis, beatus erit. *Proverb. 14.*

Quin apud Ecclesiasticum c. 17. legimus, Eleemofyna viri faculus cum illo, & gratia hominis quasi pupillam conservabit.

Christi autem promissio fallere necquit, dicens: Quicumque dederit uni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. *Matth. cap. 20.*

Audiendus hic etiam Aug. in quodam *Serm. de verb. Domini* Fœcundus, ait, est ager pauperum, citò reddit donantibus fructum. Vita cæli est pauper, per quam venit ad Patrem: incipe erogare, si non vis errare.

Et alibi. Si vis esse mercator optimus, fœnerator egregius, da, quod non potes retinere, ut recipias, quod non potes amittere, da modicum, ut recipias centuplum, da partem, ut accipias totum, da temporalem possessionem, ut æternam accipias hæreditatem.

Nec aliter Hieronymus. Pars inquit, sacrilegi est, rem pauperum

rum non dare pauperibus. Laudet de esurientium viscera, A non ruantium opulenta convivia.

Insuper Chrysofostomus. Pauperes sunt medici vulnerum tuorum, manus eorum tibi medicamenta præstant. Non ita ut medicus medicamenta imponat, extendens manum, curationem exhibet: ut pauper abs te accipiat, porrigens manum: dediti pecuniam, peccata exiisti. *In 1. ad Timoth. bom. 14.*

Et qua utriusque sexus fideles non ignorabant fecerari domino illum, qui pauperes suscipit, eorumque miseretur: adeoque eleemofynam iuxta Raphaelis Angeli pronuntiatum, à peccato, & à morte liberare, summo semper affectu laborant eleemofynam in sinu pauperis concludere, & Christum in egenis suis membris suscipere. Est enim manus pauperis gazophylacium Christi, & quidquid pauper accipit, Christus accipit, ait P. Ravenn. in quodam sermone.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Quere in Loco de Eleemofyna, Hospitalitate, Misericordia Quo pacto pie mulieres in Evangelio dicantur Christo Domino egeno, & mendicanti de facultatibus suis subvenisse, constat ex *cap. 8. & 10. Lucae.* Ubi ita legimus.

Est factum est deinceps, & ipse iter faciebat per civitates, & B castella prædicans, & Evangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, & Mulieres aliquæ, quæ erant curata à spiritibus malignis, & infirmis. Maria, quæ vocatur Magdalene de qua septem demonia exierant, & Johanna uxor Chuse Procuratoris Herodis, & Susanna, & alia: multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. *Et cap. 10.* Factum est autem dum irent, & ipse intravit in quoddam castellum, & mulier quædam Martha nomine excepit illum in domum suam.

Idem etiam Dominus clavis verbis ostendit, quanta Re-tributio misericordia in pauperes fit, cum ait: Tunc dicit Rex his, qui à dextris ejus erunt: Venite, benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esurivi enim, & deditis mihi manducare: sitiivi, & deditis mihi bibere: hec speram, & collegistis me: nudus, & cooperulistis me: infirmus, & visitastis me in carcere eram, & venitis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, & pavimus te? sitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitium, & collegistis te, aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et respondens Rex dicit illis: Amen dico vobis, quando vici fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicit et alius, qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis ejus: esurivi enim, & non deditis mihi manducare: sitiivi, & non deditis mihi bibere. *Matth. 25.*

HISTORICA.

Joannes Eleemofynus Archiepiscopus Alexandrinus, quasi alter Nilus copioso fluente eleemofynæ, non solum, ut ille, rigans Egyptum, sed ipsam universam, ut semel dicam, terram circumfluens: cui enim non ea præbuit, quæ ad usum sufficerent? Nam cum Persæ populati essent universam Syriam, qui eorum manus poterant effugere, & laici, tam in, qui magistratus gerabant, quam privati, & Clerici cum Episcopis, confugiunt Alexandriam. Quibus omnibus dives ille, & minime angustus convivor quotidie suppeditabat, quæ erant ad usum necessaria, non ad indigentium adicipiens multitudinem, ut aliquid faceret, quod esset fordidi, & illiberalis animi: sed ad eum, qui aperit manum, & omne animal implet benedictione. Cum autem Rafnifex duz exercitus Cosroe vastasset, & depopulatus esset veneranda loca Hierosolymorum, postquam hoc audivisset ille homo Dei, & quod omnia sancta fuissent igni tradita, deserit quidem non secus atque Hieremias, id quod factum fuerat: non hæctenus autem consistit ejus commiseratio, sed mittit etiam Cressippum quemdam, virum piùm, tradens ei modicum auri, frumentique, & alia alimenta, & indumenta, & ad ea vebenda iumenta plurima: tum ut aspiceret vastitatem, tum etiam, ut eos, qui remanserunt ex captivitate, faceret ea, quæ dicta fuerunt, recrearet. Præterea autem Theodorum quoque Amathunus Episcopus, & Anastasium præfectum Magni montis Antonii, & Gregorium Episcopus Rinocourorum, emittit ad eos recipiendos, qui abducti fuerant in captivitatem: vim auri præbens propè innumereabilem. *Leontius Episcopus Neapoleos in vita ejus apud Simonem Metaphr. in Suriarum Tom. 1. 23. januar.*

Cum prædictus Joannes primum factus esset Episcopus, iis accerclit, qui res Ecclesiæ dispendebant, iis etiam simul

L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

audientibus, qui erant à secreto: Non est, inquit, iustum, & fratres, & in ministerio loci, ullius alterius rei curam gerere prius, quam Christi. Eunt itaque per totam civitatem, singulatum describit meos dominos. Cum autem illi, postquam hoc dixisset, dubitarent, & quoniam essent Patriarchæ domini, interrogarent: Quos vos, dixit ille, pauperes & mendicos soletis appellare, eos ego dominos meos, & adjuutores nomino. Nam si soli mihi possunt opem ferre, ut à Christi regno non excidam. Postquam autem citò factum fuerat, quod iusserat, intellexit omnes, qui numerati fuerant, effecere septem millia, & quingentos, & iussit unicuique eorum dari sumptum diurnum. Post hæc studium convertit suum ad hoc, ut iustis ponderibus, & mensuris uterentur, qui vendebant in civitate. *Idem.*

Cum idem Joannes Patriarcha, ut confuerverat, aliquando prædixisset, & nullus accessisset, furgens vespere recessit trilitis, & lacrymans. Nullo verò audente rogare causam, cur esset tristis, divinus, qui aderat, Sophronius: Quid est, inquit, o vir divine, quod te afficit molestia, & animi agitudine bonam tuam implevit animam? Ille autem miti, & leni voce, Hodie, inquit, miserandus Joannes non ab aliquo ullum recepit mercedem, neque ullum vel minimum paculum F potuit offerre Christo pro multis, & magnis suis delictis, quomodo neque aliàs unquam. Quid hoc illo minus, nisi etiam majus dixisset, quod dicitur esse eujusdam Imperatoris Romanorum, qui dixit. Hodie non regnavimus, quoniam neminem affecimus beneficio? Cum itaque sacrosanctus intellexisset Sophronius, quid sibi veller, quod ab eo dictum fuerat. Te potius, inquit, letari oporteret, & non tristitia affici, o beatissime Domine, quòd tibi commissum gregem feceris vivere in tanta pace, ut nullus de re aliqua cum vicino habeat controversiam, sed tanquam Angeli aliqui, absque ulla lite, & contentione homines vivant in terra. Cum autem verum esse, quod dixerat, invenisset vir mitissimus, statim fuit traductus ad animi lætitiã, & pro eo Deo gratias egit. *Idem.*

Idem sanctus vir dixit aliquando ministro suo Zacharia, Esto misericors, & verbum, promissionis habet ex Deo per infirmitatem meam, quia neque in vita mea, neque post mortem deerit tibi Deus, quod servat usque hodie. Multas enim benedictiones mittit tibi Deus, sed non dimittit quidquam, quod non statim det pauperibus, propemodum confringens, & in nihilum redigens domum suam. Multos in exultatione G invenerunt cum quidam dicentem Deo: Sic fit, aut tu miterendo, aut ego disperdendo, videbitis quis vincat. Lique enim, quoniam tu dives, Domine, & vita nostra miserorum es. Porrò autem quando iuxta erentum non habet, ad horam aliquod quod det à se petenti, contristatus dicit ad tabernarium aut negotiatorem, Da mihi unum tremissem, id est, tertiam partem solidi auri, & serviam tibi uno mense, vel duobus, ut vis, & ubi vis, quoniam esuriant valde, qui in domo mea sunt. Et fumens dat egenti, rogans, ut nemini dicat. *Leontius Episcopus Neapoleos in insula Cypri in vita ejusdem.*

Hierarcha urbis Constantinopolitane Joannes, quid quòd voluptates expugnari, animique perturbationes coercerent, & imperium in vntrem exercerent, *monachos* (hoc est, jejunator) vocabatur, propter præstantem virtutem ad Episcopatum sublatus est: de quo hoc etiam celebratur, quòd propter suam erga pauperes affectionem, & misericordiam, pluribus ab Imperatore talentis mutuo sumptis, syngraham illi dederit, qua substantiam suam mutuo pecunie tanquam hypothecam apposuit, atque impigneravit. Cæterum postquam is H vita migravit, Mauricus Antistitis facultates inquitens, paupertatem eum magno opere consecratum fuisse comperit: eumque de virtute tanta admiratum syngraham statim discepit: & lectulum tantum ligneum, qui in bonis ejus repertus est, & amiculum laneum tenue admodum, nec non perulium, frugalitate vitæ conspicuum, (fuerat namque Joannes male vestitus, lericisque vestibus, & aliis Imperialibus delictis vale dicto, ligneo Præfatus ejus thoro nobilibus totus usus est, gratiam quamdam divinam ex eo se consecuturum existimans. *Nicephorus Call. lib. 18. hist. Eccl. c. 3.*

Cum alio tempore prædictus Antistes in sua civitate pervenisset Amathunus, iussit scribis, ut scriberent testamentum, quod sic habebat: Joannes humilis quidè servus servorum Dei, propter aut mihi imposta Pontificatus dignitate, gratia Christi liber: Ago tibi gratias, Domine Deus meus, quod me digni confue-

ris, qui tua tibi offerrem : & quod ex mundi bonis nihil aliud
 A fit mihi reliquum, nisi tertia pars nummi, quam ipsam jubeo
 quoque dari pauperibus, qui sunt mihi fratres in Christo.
 Quando enim Dei permissione creatus fui Episcopus Alexan-
 driae, inveni in meo Episcopatu circiter octo millia librarum
 auri: ex oblatione autem piorum collegi denis millibus plures
 his pecunias. Quas cum cognoscerem esse Christi, Christo
 etiam dare volui, cui nunc quoque trado animam. Cum hoc
 testamentum tui fecisset ille magnus homo Dei, deposuit
 spiritum in manu Dei viventis. *Ex eo Metaphr. Item Bredemb.
 cap. 12.*

*Joannes Diaconus in vita Divi Gregorii Papae, l. 1. c. 10.
 apud Surium, Martii 12.* Hunc de more quaedam scribentem
 Angelus Dei repertens, misereri sibi flexiliter sub habitu nau-
 fragi postulabat. Cui Gregorius, ex intimo corde compati-
 ens, his tenuis numismatibus datis, abire praecipit. Nec
 multo post eadem die, idem naufragus rediit, seque multa
 perdidisse, pauca vero suscepisse perhibuit: à quo pari mo-
 do tenuis numismatibus sumptis, latibundus abscessit. Sed
 die tertia rediens, identidem adjutorium naufragus importu-
 nis vocibus inquirebat. Cui liberalissimus pater, accessit ve-
 hementer, alia sex numismata dari praecipiens, cognovit in ve-
 B hario nihil numismatum, unde postea consolari naufragum,
 remansisse. Quid faceret, nesciebat. Estuabat Deo devoti pe-
 ctoris pietas, non sufferens vacuum proximi reliquisse mis-
 riam. Rursus vestiarium suum, si forte vas quodlibet, aut
 vestimentum haberet interrogans, audivit, nihil penitus re-
 mansisse praeter materiam argentam, quae cum infusus legumi-
 nibus miti solita erat, scuteallam. Mox alacrior factus. Ergo,
 inquit, frater, hanc deser: ne tristes abeat, qui consolari
 quaeritur pauper. Itaque delatam scuteallam Gregorio satis
 hilariter largiente, pauper qui putabatur, latus amplectitur,
 non jam ad expectanda, sed ad conferenda suffragia rediit.
 A quo videlicet Angelice visitationis tempore tantis miracu-
 culis, tantis et virtutibus praedicatus, ut omnibus secum vi-
 ventibus exemplo fuerit, & terrori: quippe qui non solus, sed
 socialiter cum Beato Andrea Apostolo, suo monasterio signis
 evidentibus sic praefatus putatus.

Atticus Episcopus Constantianopolitanus, ut Ecclesia in-
 crementum caperet, mirifice operam dedit. Summa enim pru-
 C dentia eam administrans, continua doctrina populum ad
 studium virtutis excitavit: & ad misericordiam, atque largitio-
 nem tam proclivis fuit, ut non modo eis qui in paucis ejus
 erant, egenis providendum duceret, sed etiam vicinis Con-
 stantinopoli ecclesias pecuniam multam, ad pauperum con-
 solationem, mitteret. Porro ex una ejus epistola, quam ad
 Calliopium Nicenum presbyterum dedit, missis simul trecentis
 aureis, qualis ea re fuerit, satis patet. Ita sic ha-
 ber: Calliopo presbytero Atticus in Domino salutem. Decies
 mille in urbe vestra egenos piorum commiserationem in-
 digere cognovi. Decies mille dum dico, multitudinem ip-
 sam, non certum pauperum numerum ostendo. Quando-
 quidem verò certum pecuniae numerum ei acceptum fero,
 qui per liberali manu ritè eam dispensantibus donat, & non-
 nulli indigent, explorandorum eorum gratia, qui habent
 quidem, sed illis non dant, acceptis à me, o charum mihi
 caput, trecentis aureis istis, ut volēs eos expendere. Volēs
 autem eis maximè, qui mendicare erubescunt: non illis,
 qui in vita ventrem ad nudationem proponunt. Cum igi-
 D tur pecuniam largieris, religionis hac in parte rationem
 non habebis hoc unum spectans, ut indigentes alas: neque eos
 praeferas, qui moribus nostris vivunt. *Niceph. lib. 14. cap. 24.
 Soc. 7. 25. Eripart. 12. 2.*

Plurima de Sancto Ephraim memoratu digna referuntur:
 unum hic, quod ab eo ante obitum est gestum, inferere visum
 est. Fames ingens Edessenorum urbem premebat: atque ipse,
 qui multos annos non fuerat domo egressus, tum philosophia-
 di studio aliquantum intermisit, prodit: & in homines locu-
 pletes, qui sic turpiter rerum necessariorum inopia cives suos
 percutentes despicerent, acriter est invehens, arguens eos, quod
 animalium cura neglecta, studium omne in corpore fovendo
 collocarent. Illi autem integritatem, & paupertatem viri
 observantes veriti, minimè se esse affirmarunt: facile enim
 & promptum eis esse, indigentibus facultates distribuere: de-
 esse saltem, qui in eo ministerio, pro eo atque decreet, fidelem
 fe praebet, omnique lucro inhiare, & talia fide in questum
 suum vertere, dixerit. Tum Ephraim: Ego vero, inquit, qualis
 vobis esse videtur? & illi: Honestus, atque bonus, respondeat?
 & talis profus, qui opinioni, quae de eo fertur, vita ipsa res-
 pondeat. Itaque, ille ait, paratus sum omnibus hac in rein-

servire: Et multo ab eis sumpto argento, trecentas paravit
 meas: & in publicis porticibus eos, qui fame affecti E
 erant, acceptos diligenter, & benignè fovit: advenas
 quoque, & alios qui inopia affligerentur, humaniter cura-
 vit. Idque tantisper fecit, dum fames ibi est gastrata. Ea
 vero depulsa ipse ad philosophiam suae officinae reversus ibi
 paucos post dies vita est defunctus. *Ex Nicephor. lib. 9. hist.
 Eccl. cap. 16.*

D. Joannis Chrysostomi similitudo de Eleemosyna.
 Quemadmodum hi, qui ad magnos quosdam principatus
 acceriti, regias inhabitant civitates, omnem substantiam
 suam in pecuniam commutant, & sic illo migrant: Ita plane,
 & tunc faciebant homines illi ad coelum vocati, & ad super-
 nam metropolim, & regnum, quod illic est. Nam persuasum
 habentes, illic esse patriam, omni substantia sua in pecu-
 niam commutata, pecuniam per Apostolorum manus illuc
 pramiserunt. In illud Apostoli dictum: *Operari semper vere-
 ses esse.*

Alie ejusdem Joan. Chrys. similitudo.
 Sicut radix in pingui plantata solo, & nobis singulis an-
 nis tempeltivos affert fructus: sic & pecunia in manibus pau-
 perum plantata, non solum in singulos annos, sed & in sin-
 gulos dies spiritalibus nobis fructus affert, fidentiam scilicet
 in Deum, peccatorum abiectionem, conscientiam bonam, scilicet
 spirituali, spem jucundam, aliaque bona, quae praepa-
 ravit Deus diligentibus suis. *Ibid.*

Erant Patrae viri genere nobili, qui (ut fert humanarum
 rerum inconstantia, & fortuna ludibrium) ab alto hono-
 rum culmine in summum contemptum, & à divitiarum
 gloria in extremam rerum omnium inopiam deciderat. Ei
 erant filiae tres, corporis, formaeque venustae, & morum
 elegantia longè praestantes, virgines omnes, & quarum
 aras (si patri calamitas non obstitisset) nuptias flagitabat.
 Has inops pater omnium rerum egestate calcatus, non mo-
 do viro tradere, sed ne alere quidem quoquo pacto poterat:
 neque spes ulla miserum hominem solabatur, quae quotidie
 crescentis inopia vim perferret. Heu! rem dictu scdam,
 heu! quò mortalium mentes insuperabilis vis egestatis im-
 pellit! Tetrum, atrox, immane facinus patrem (pater-
 nae pietatis memor emne, an immemorem dixerim?) exagitat
 liarum decus ac pudicitiam deseruit, ut nisi eflurientibus G
 non decesset. Cecepit enim de illarum virginitate aliena pro-
 fituenda libidini cogitare, ut turpissimo, & flagitioso que-
 stu vitam percutens familiae tueretur. Jam vestana fames relu-
 ctantem patris animum agrè perferrebat. Jam crudele, &
 humanis indignum lumbibus spectaculum parabatur. Quod
 simulac, Deo sic volente, NICOLAUS cognovit, tum
 rei atrocitate, tum infesta pietate commotus, in auxilium
 periclitantium totus accingitur. Sed cum animus misericor-
 diae studio vehementer arderet, & humanum sui beneficii
 testimonium relugeret, qua potissimum ratione cogitatum
 charitatis opus perficeret non videbat. Itaque impiger il-
 lius animus his agitatibus stimulis, intempte noctis silen-
 tio è fratre profiliens, auri haud medio cre pondus sacculo
 belle insutum sumit, domo egreditur clanculum, miseran-
 dae familiae domum protinus adit, circumspicit sagaci-
 ter omnia, animadvertit tandem, luna ipsa adjuvante,
 fenestram apertam paululum: ea cubili infer viebat, in quo
 infelix pater membra quieti tradiderat. Tunc Nicolaus pul-
 cherrimam sibi à Deo oblatam occasionem ratus, auro per H
 fenestram immisso, domum fe statim proripit. Manè pater
 auricompto miraculo, stupens, cum tanti muneris dato-
 rem suspicari non posset, demonum eam esse, aut calli-
 di cupiditiam hominis fallaciam putat, adulterinoque fe cre-
 dit lusum auro. Inde cum aurum digitis contrectaret, jam-
 que rei cognosceret veritatem, incredibili laetitia gestiens la-
 chrymas ubertim effundit. Miratur rem, animo versat om-
 nia, & cum humanum beneficentiam conjectare non pos-
 set, in Deum hoc muneris transferens. Quid faciam nunc
 miser, inquit, ne tanti beneficii ingratus arguar? Certum est
 peccatum meum diluere, & impio me, ac nefario scelere
 expiare filiam, in cuius pudicitiam crudelissime saeviebam,
 à fado periculo eruum. Aurum virginem redimam, quae
 meo scelere auri gratia perenda erat. Haec itaque secum re-
 putans, primam ex tribus filiam honesto marito locat. Nico-
 laus non minus dato, quàm ille accepto munere gaudens ubi
 virginem vidit à periculo liberatam: Liberabo, inquit, ei re-
 liquas, auri que antundem noctu, ut antea, per patrem fen-
 stram immittit. Diluculo pater cum secundum aurum invenis-
 set, vix sui compos, humi supplex sese prosternit. Tum ora,
 pectusque

pectusque largis irrigans fletibus: Deus, inquit, misericors, efu-
 A rientium liberalis alumnus, fac (quae so Domine) ut sciam quo
 ministro tu flagitiorum meorum periculum sustulisti, ut te,
 Domine, in illo laudem, in illo magnificem, te in illo contem-
 pter, Domine, qui me jam pridem sanguine tuo redemisti, &
 nunc auro percutem famulam redimis. Haec dicens non
 prius desistit, quam alterum quoque generum sibi acivit,
 nec minor certè quodam duplicis conjugii celebrari, quam spe
 terti quoque propediem celebrandi. Jam enim tantum sibi de
 Dei misericordia pollicebatur, ut se putaret tertia filia do-
 tam quoque tenere manibus. Ita ab inferno ereptus homo,
 noctes dieque perpetuo eraptoris sui desiderio aituabat. Sta-
 tuitque noctes insonnes per excubias ducere, quoad, quinquam
 esset hic, exploratum haberet. Nec minus admirabilis noster
 tertia quoque filiam nuptiis tradi cupiebat. Profunda itaque
 nocte veniens, tacito, ut affloret, pede, per eandem fen-
 stram, tertiam injecit dotem. Ac pervigil pater, decidentis au-
 ri strepitu motus, quanta potest pedum velocitate profu-
 gliens, Nicolaum tandem fugientem asequitur, comprehendit,
 tenet, atque illius pedibus advolutus Redemptorem di-
 cendum, adiutorem, salvatorem percutum animarum flens,
 B gaudensque compellat. Talia lachrymantem, beatosque of-
 culantem pedes, Nicolaus agrè compescuit: qui cum benefi-
 cium suum, quanta potuit humilitate attenuasset, multis
 tandem adjurationibus, ut rem nulli mortalium patefaceret,
 frustra precatus est. *Ex Zacharia Lippelo, & Surio 6.
 Decemb. tom. 6. per Metaphr. & Leonard. In finian. patricium
 Venetum.*

Elizabeth nondum marito Langravio viduata, ob affi-
 diam in pauperes benignitatem, mater eorum cognominata
 erat. Sanis vix subsidia mittebat, afflicto consolabatur,
 agrotos visitabat, mortuis funus sua procurabat impensa.
 Quos in plebe magis inopia pressos animadvertens, ex his
 compatiens, atque commatras suis comparabat, ut eis li-
 berius subveniendi causas haberet. Si quando pecunia non
 suppetere, vestimenta vendebat: cernens pauperum
 quendam nudum efferri, detracto sibi capitis velamine, in-
 volvi iussit adaveri. Quo tempore fama laboratum est,
 vim magnam frumenti divisit. Et id quidem absente viro, &
 inconstitit, vel quia approbatur speraret, vel quia quod
 C unius erat, aliis quoque commune esse debere, facile per-
 suaserat necessitas multorum. Denique cum esset Regis Pan-
 nonum filius, & Turingiae Domini conjux, nere, tere,
 & suis manibus non est designata, ut de laboris sui
 periculo cleemosynas dare posset. *Conradus in vita
 ejus.*

Inerat Francico Affinitas ab ineunte aetate tam ardens
 pauperibus beneficiis studium, & insita quaedam divinitus
 erga inopes, & calamitosos miseratio: prostris ut neminem
 pro Dei amore fipem petentem vacuum à fe dimittere pro-
 poneret. Cum autem quaedam vice solis negotiationis inten-
 tus tumultibus, praeter infortunium morem pauperem à fe repu-
 lisset, statim poenitudine ductus, rapido curru illum affecit
 est, & cleemosyna elementem impensa, promissit Domino Deo,
 nunquam deinceps fe pauperi pro facultate sifipem negaturum.
 Cum vero post in gravem morbum incidisset, ex eo ali-
 quando confirmatus, ceptum aditantis colere officia charitatis.
 Qua in exercitacione tantum profecit, ut Evangelica perfe-
 ctionis cupidus, quidem haberet, pauperibus largiretur.
 D Quod ferens iniquus pater, eum ad Affinitatem Episcopatum
 duxit, ut ipsius manibus facultatis renuntiaret paternis. Ibi
 tunc Francicus coram Episcopo continuo omnibus depositis
 vestimentis, ea patri restituit, & sic plane nudatus subjun-
 xit: Usque nunc vocavi te patrem in terris, modo autem se-
 cure dicere poterò. Pater noster, quies in caelis apud quem
 omnem repofui thesaurum, & omnem spei fiduciam collo-
 cavi. Quod cernens Episcopus, pallio, quo erat amictus, eum
 operuit, praecipiens suis, ut aliquid ei darent ad membra cor-
 poris contenda. *Ex Bonavent. Card. & Episc. Al-
 banoensis in vita ejus cap. 1. apud Sur. 4. Octob. tom. 5. Bre-
 viar. Rom.*

Fuit quidam fenex possessionibus carens, & misericors, no-
 mine BESSARION. Is cum venisset in quandam vicum, vidit
 mendicum nudum in foro mortuum, unam quidem ferens
 tunicum convenienter Evangelicae traditioni, & parvum fu-
 berhumerali. Nihil enim possidebat, praeter hoc necessarium
 tegumentum. Habebat autem semper quoque parvum Evan-
 gelium sub axilla, aut ad sui faciendum periculum, num per-
 petuo voci Domini obediret: aut potius gestans sermonem,
 quem erat opere executus. Tam admirabili enim vita usus est
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. VI.

hic vir, & citrà ullum dedecus, ut perinde ac terrestri Ange-
 lus caeleste iter legitime peregerit. Hic ergo cum vidisset reli-
 quias, se protinus exuens superhumerali, eo induit mortuum.
 Et rursus cum parum processisset, nudo egenti occurrit: &
 ite it apud fe disceptatus, & sic ratiocinans: Quomodo ego
 quidem, qui mundo renuntiavi, veste induor, frater autem
 meus algore concrevit. Si ergo cum vivo examinari, ero
 omnino causa mortis proximo. Quid ergo, exuente findam,
 & partem ditribuam, an totam dabo ei, qui factus est ad Dei
 imaginem? Sed quid mihi, & illi erit utilis pars, quae scinditur?
 Et cum apud fe disceptasset, dixit Dammine, aliquid patiemur,
 si plus quam sit praecipuum faciamus? Generosus itaque hic
 Athleta, prompto, & alacri animo vocat pauperem in vesti-
 bulum: & cum cum dimississet indutum, stetit nudus, se ope-
 riens manibus, genua flectens, & subsidens: solum ha-
 bens sub axilla v erbum, quod facit divites. Ejus autem con-
 silio, & providentia transiens quidam Irenarcha, agnovit se-
 nem, & dixit proximo suo socio: Respice illum. Non est
 hic fenex Abbas Bissarion? Cum autem is distisset, Maxi-
 mè: de equo descendens, rogavit sanctum, dicens:
 Quis te exiit? Ille verò dextera protendens Evangelium, F
 Hoc, inquit, me exiit. Statim autem fe sua veste exuens
 Irenarcha, perfectum militem induit, & protinus gestans
 veluti quandam parvam vestem monachorum, à mundo
 latens recessit: declinans laudem ejus, qui suum vidisset
 vitam institutum, eum qui est ab occulto honorem celando
 expectans. Hic ipse postquam omne praecipuum Evange-
 licum rectè esse executus, cum nihil hujus mundi habe-
 ret, in animo ad divinorum ditorum perfectiorem execu-
 tionem, cum in transitu vidisset pauperem, cursu in fo-
 rum contendit. Ubi cum paulisper constitisset, vendidit
 Evangelium. Paucis igitur post diebus, qui cum eo erat
 Abbas discipulus Dulas nomine, rogavit senem, di-
 cens: Quid parvo libello factum est, & Abba? Cui fenex
 placide verbum pulchrum admodum, & valde scitum est
 locutus, sic dicens: Ne tristitia afficiaris, o frater. Nam
 ut illic habeamus fiduciam, propter obedientiam, ven-
 didi ipsum sermonem, qui mihi temper dicebat: Vende,
 quae habes, & da pauperibus. *Palladius in hist. Lausiana
 fatione 116.*

Cum LAURENTIUS Archidiaconus videret Xistum G
 Episcopum suum ad Martyrium ducti, his verbis eum appel-
 lare coepit: Quo progredieris sine filio, Pater? Quo, sacerdos
 sancte, sine Diacono properas? nunquam sacrificium sine mi-
 nistro offerre consueveras: quid in me ergo displicuit? pater-
 nitati tuae? Num degenerem probasti? experire certe,
 utrum idoneum ministrum elegeris, cui commisit Dominici
 sanguinis dispensationem? &c. Non ego te, fili, deserui, ne-
 que derelinquo, sed majora tibi debentur certamina. Nos
 quasi senes leviores pugnae cursum recipimus: quasi juvenem
 manet gloriosior de Tyranno triumphus. Post me veniens,
 flere desiste: post triduum sequeris Sacerdotem Levita. To-
 tam hereditatem tibi dimitto: accipe facultates Ecclesiae, &
 divide, quibus tibi videbitur. Auri acceptis coepit Laurentius
 per regiones curiose inquirere, ubi nam sancti Clerici, vel
 pauperes essent absconditi: adferensque thesauros, unicumque
 prout opus erat subministrabat. Et cum Decius Imperator in-
 tellexisset; Laurentium Sixti Archidiaconum, qui reconditos
 habebat thesauros, in custodia teneri, gavissus est, justique
 cum sibi praesentari, atque illi: Ubi sunt thesauri Ecclesiae,
 quos apud te cognovimus reconditos? Beatus Laurentius H
 verbum quidem illi respondit. Decius itaque tradidit eum
 Valeriano praefecto, dicens: Perquire diligenter de thesauro
 Ecclesiae, & fac ut sacrificet: Quod si nolit, diversis penis
 cum interfice. Valerianus autem tradidit illum Hippolyto
 Vicario in custodia aservandum, qui dixit Laurentio: Osten-
 de mihi thesauros Ecclesiae. Cui Laurentius: O Hippoly-
 te, si credas in Deum Patrem omnipotentem, & in Filium
 eius Dominum Jesum Christum, & thesauros tibi ostendo,
 & vitam aeternam promitto. Dixit ei Hippolytus: Si dictis
 facta compensas, faciam, quod hortaris. Deinde more solito
 catechizavit, & baptizavit eum. Jubeat iterum reduci ad
 Valerianum; qui dixit Laurentio: Pone jam pertinaciam
 & profer thesauros, quos apud te didicimus repositos: Beatus
 Laurentius dixit: Da mihi bidui, aut tridui inducias, &
 proferam tibi thesauros. Dixit autem Valerianus Hippoly-
 to: Tua fide habes trium dierum inducias. Collegit ergo
 Beatus Laurentius cacos, claudos, debiles, & pauperes, &
 abscondit eos in adibus Hippolyti. Valerianus vero nun-
 tavit Decio, Beatum Laurentium, triduanus acceptus indu-
 1 3 cii.

cuis, promississe se thesauros prolaturum. Post triduum præsentavit se Beatus Laurentius in palatio Salustiano; dixitque ei Decius coram Valeriano præfecto: Ubi sunt thesauri, quos te exhibiturum pollicitus es; B. Laurentius, collecta multitudine pauperum, introduxit eos in palatium, dicens clara voce: Ecce isti sunt thesauri æterni, qui nunquam minuuntur, sed crescant: qui in singulos discurrunt, et in omnibus inveniantur. Valerianus Præfectus dixit: Qui per multa vagaris? Sacrificæ Diæ, & abicere artes magicas, quibus confidis. B. Laurentius dixit: Quid ita premit vos Diabolus, ut Christianos jubeatis sacrificare dæmoniis? Vos ipsi judicate, justumne sit nos cervicibus nostras inclinare dæmonibus creatori, & visibilibus, & invisibilem omnium creatori, & utrum debeat adorari is, qui fecit, an qui factus est. *D. Ambr. lib. 1. off. c. 41. & Surius tom. 4. Augusti 10.*

EX QUIBUS BONIS PAUPERES SUSTENTANDI.
Iñacius Angelus Imperio potius, quinque auri centenarios civibus dimisit. Magna hebdomade, qua supplicii, quod Deus homo pro nobis subiit, memoria colitur, viduas eleemosynis, pauperulas virgines dote, & sumptu nuptiarum jubabat. Neque verò singulos duntaxat homines, domos, familias munificentia sua recreabat, sed interdum urbibus integris tributum remittebat. Ut paucis complectar, ita propensio erat ad misericordiam, beneficentiam, & inopum sublevationem, ut quicquid undecunque per vim, & injuriam partum acceperat, illi rursus utraque manu effunderet, & eaque de causa, est pecunia à pauperibus exigebatur, in eo errore versabatur, ut se non peccare persuasum haberet, quod hoc modo iisdem restitueretur. Nam immensi sumptus efficiebant, ut in provinciis mitteret homines corruptos, qui magistratus auctionarentur, Quæ causa erat, ut republica pestum iret. Nam pecunia per vim, & fraudem acquisita, etiam bene partam una corrumpit, & absunt. Denique à fratre Alexio Commeno expulsus est regno. *Nicetas Choniates. lib. 3. Annalium, de Imperio Iñacii Angeli.*

Anno Christi 567. tempore Chilperici in Gallia resulsit Lanonarius Abbas, ad quem vir quidam nobilis, Ermoaldus nomine, qui jam ad extrema perductus, mortis angoribus premebatur, misit solidos quadraginta, obnixè rogans, ut ipsi jam in supremo constituto spiritui vellet benignè opulari, & suis apud Deum precibus efficere, ut spes obtinendæ sanitatis ipsi præstaret. Illam pecuniam vir sanctus prorsus recipere noluit: at tamen rogante latore, accepit illam quidem: sed ingressus in oratorium fudit preces ad Deum, ut accepta foret in conspectu illius oblatio hominis: impenicque altari pecuniam, & multo studio singulos appendens, & manu reservans nummos, crebrisque flectens genua, & orans Dominum: ad extremum non nisi unum ex omnibus retinuit sibi solidum, quem per spiritum cognovit non rapina, sed jure partum esse. Reliquos autem restituit illi, qui eos attulerat, ait: Hæc pecunia per iniquitatem conlata est; nec potest mutare sententiam Dei, nec vitæ spata producere, nec potest mutare veniam impetrare, scriptum est enim: Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota iustorum placabilia. Hinc est illa prophætæ exprobratio: Sacrificata de sermento laudem. De sermento quippe laudem immolat, qui Deo sacrificium de rapina parat. Tu ergo, frater, celeriter nuntia Domini tuo, ut D. pro anima sua salute sit sollicitus, injuste que aliis oblata restituat, noviterque hoc morbo vitæ se amissurum temporarium: nos verò, Christo propitio, bonis omnibus abundamus, nec quidquam nobis firmiter in Christum credentibus poterit deesse. Dominus fit tecum, fili: vade in pace. Ille his auditis, abiit ad Dominum suum, quem tum quidem adhuc viventem reperit, sed idem tamen invalescente morbo excedit è vita. *Cassar. Bar. Tom. 7. Annal. Eccl. ann. Dom. 467. 24.*

Pauperulus quidam iuxta Regiam possessionem, quæ Rotumvila dicitur, commanens, dum ad cellam sancti viri Dei pergere voluisset, nec habere aliquid, quod ob devotionis indicium illud desere potuisset: diabolo suadenti consentiens, atrium ejusdem divitis irrupit, & alvare cum melle, & apicibus, certam conficit. Et non multo post inter vicinos, & amicos cum hoc furto nunquid ad Ecclesiam venerabilis Galli pertexit. Cùmque singuli, quod arulerant, obtulissent: is, qui contra fas efficit voluit, sed rapina donarium, certam reperit in lapidis durissimi rigorem mutatam. Ingenti itaque timore percussus, uni eorum, qui secum venerant, ratum suum con-

sessus est. Qui deinde cum custodibus Ecclesiæ, quæ facta fuerant, indicarent, fama hujus miraculi mira celeritate cunctis innotuit. *Ex Surio in vita S. Galli. cap. 7. Baron. Annal. Eccl. tom. 9. Anno 747. 7.*

LIBERALITATIS INSGNIS.

Amædæus Sabaudia Dux, rogatus quondam à quibusdam oratoribus, qui ad eum venerant, an etiam haberet canes venaticos ad venandum cervum, vel aprum? Annuit, ut postea die redirent. Cùm verò jam adessent expectantes videre, quod cupiebant, Amædæus è pergula Aula, ingentem à latere adium mendicorum multitudinem eis ostendit unâ discumbentium. Atque hi sunt, inquit, canes mei, quos alo quotidie, quibusque celestem gloriam me spero venaturum. Etsi alios canes haberem, nullum per eos leporem, vel cervum, vel aprum caperem, qui mihi centum aureis non constaret. *Sébastienius M. lib. 2. Cosmogr. Rep. Volater. lib. 2. Geographiæ.*

Santa Olympias vidua nobilis, Constantinopolitani Diaconissa, cum multarum facultatum esset, primum quidem, prout fors tulit, petentibus eas distribuit. Cùm vero eam sic facere insigne Ecclesiæ lumen sanctus Joannes Chrysofomus videret, (eam enim Diaconissam Nectarius legerat) consilium sanè, inquit, & institutum tuum, o mulier de vanis hinc mundi rebus admittor. At dispensantem largiendique modum tenere cum oportet, qui ad perfectæ virtutis fastigium contendit. Ac tu quidem, quæ habentibus substantiam tuam distribuis, mari ipsi aquam inferre, & mutuum dare videris. Illud autem te maxime spectare decet, quandoquidem tua sponte Deo ipsi bonis tuis cessisti, & Domino possessoremque pecuniarum renunciasti, ut eas de cetero vellet divini juris factas, rectius majore cum æquitate dispenses, obnoxiamque te reddenda rationi, si quid de eis præter rationem factum fuerit, esse scias. Itaque liberalitatem, si mihi obsequeris, petentium indigentiam metieris. Plures enim hoc modo abundant, & misericordiam simul, & necessitatis curam, quam in divina pecunia consecrasti convenit, conservabis, compensationemque, & gratiam consequeris. Ex eo igitur tempore in solam sanctorum curam opes suas impendere constituit, & liberali manu virtutis amatores profecta est. *Nicæp. Callist. G. lib. 13. Eccl. lib. c. 24.*

De profusore Paulæ viduæ in pauperes liberalitate, vide Hist. von. ad Eustoch. in Epitaph. Paulæ. Epistola 27.

PRÆMIUM LIBERALI IN PAUPERES.

Mirabile est illud, quod modò subiciam, singularem misericordiæ laudem continens. Alexia vidua adeo reverenter Catharinam Senensem amabat, ut propemodum absque illa vivere nollet. Accidit autem anno quodam, ut magna esset tritici apud Senensis inopia. Videbatur etiam vile, & malè olens triticum, & ejus partem quandam Alexia quoque emit, ne pane omnino careret. Antequam autem putridum illud triticum absumeretur, novum, idque purum profabat in foro. Itaque volebat Alexia abicere id quod reliquum erat corrupti tritici, & emere recens: prius tamen mentem suam sanctæ virgini aperuit. Illa verò respondit. Itane tu abicere vis, quod Dominus voluit esse hominum alimentum? Quod si tibi non licet illo vesci, ad pauperibus, qui non habent, quod edant. Alexia rursus dicente, non possit se tranquilla conscientia H. vel pauperibus tam putentem offerre panem, virgo sancta ait: Para aquam, & asser corruptam illam farinam: ego ipsa panes inde conficiam in usus pauperum. Alexia facit, ut erat iusta, & sancta virgo ex modica farina celeritè tam multos efficit panes, ut multis hebdomadibus præter omnium expectationem novo miraculo sufficerent, nec ullus in his fenebatur putor; immo, qui illis vescabantur, dicebant se nunquam tam grati saporis panes degustasse. Postea autem sancta virgo secreta dicebat Raymundo confessorio rem certè admiratione dignissimam, & quæ apud eos solum fidem habere poterit, qui beatissima Matris Mariæ miserationes fuerint experti. Dixit igitur illi, secum magno charitatis, & misericordiæ affectu accessisset ad illam farinam, mox verò beatissimam Mariam ipsi apparuisse sanctis Angelis sociatam, suisque sacratissimis manibus cum ipsa panes composuisse, atque inde sic auctos fuisse. Quid hic prius mirer, aut commendem? An singulare Catharinæ meritum, quæ talem operis sui sociam habere meruit? An sacratissimæ Virginis Deiparæ piissimam dignationem, quæ propter pauperum inopiam sublevandam ad hoc servile opus majest

majestatem suam demisit? An singularem misericordiæ virtutem, quam tali honore sacratissima Virgo decoravit? *Regimundus Capuan. in vita ejus apud Sur. 29. April.*

Eutychia femina nobilissima Syraculana jam moritura, dixit Lucie filie suæ. Omnia, quæ sunt patris tui defuncti ante novem annos, incontaminata custodis, ampliat potius, quam minui in patrimonio. Mæ vero quæ tui, vel esse possunt, ipsa meo. Tege oculos meos, & quodcumque tibi placuerit, de istis facultatibus facito. Lucia dixit: Audi, mater, consilium meum: Non satis Deo charus est, qui illi hoc dat, quod fecum ferre non potest, & quo ipse perfrui non potest. Sed fit tu vis gratum esse Deo, hoc illi da, quo poteris tu uti. Moriens enim nullo poteris uti: & quod das, ideo das, quia tecum ferre non prævalet. Vivens ergo, & salutem tui corporis habens, da Christo, quod possides: & quidquid te mihi daturum sponderas, vel etiam cogitabas, Christo incipe tradere. Igitur cum quotidie de his fermocinaret virgo cum matre, seibat rerum distractio, & quotidie necessitatibus pauperum impendebantur. *In vita S. Lucie apud Sur. tom. 6. Decemb. 13.*

PAUPERUM ESURIES LEVATA.

S. Exuperius Tolosæ Episcopus, vidua Sareptensis imitator, esuriens pascit alios, & ore pallente jejuniis, fame torquetur aliena, omnemque substantiam visceribus Christi erogavit. Nihil illo dicit, qui Christi corpus canitro vimino, sanguinem portat in vitro. *Ex epistola D. Hieron. ad Rusticum Monachum in fine. Sur. tom. 7. 28. Septembris.*

Anno Christi 1123. aperitima fuit hyems. Intemperies acris tanta, ut vix mense Maio florent arbores, & imbribus fata perirent. Secuta fames intolerabilis in Gallia ferme biennio. Quo nobilis illius Caroli Flandriæ Comitis liberalitas admiranda patebat: qui quotidie omni petenti panem in regnum dari præcepit: ita ut semel apud Ipram una hora octingenti pauperes totidem panes acciperent. Præterea confuetudo illi fuit, omnibus feris sextis, tredecim pauperibus tredecim tunicas, tot paria calceorum, tot subuculas lineas elargiri. Ipse verò iisdem feriis (nisi præcipuum festum incidisset) in pane, & aqua jejunabat. Indutus cilicio, nudis pedibus, tunica palli, ne facile pedum nuditas videretur, ad Ecclesiam manè C. propebat. Illic ad meridiem usque devotionis maximum frumenti copiam, ut venderent ad libitum suum: sed Carolus fecit illi reddi pecuniam: frumentum verò distribuit indigentibus aliis gratis, aliis competentis pretio. Quod dieti mercatores ægre tulerunt, & ex illa die in mortem Domini conspiraverunt. Itaque secundo Martii, feria sexta, in Indictione similiter festæ, in templo sancti Donatiani, retro altare legentem Psalmum Miserere naccaverunt ipsum, sillis capite, & amputato brachio dextro. Cujus pretiosa mors illico miraculis ostensa est. *Christiani. Mass. lib. 16. Chronicorum. Jacobus Meyerus lib. 4. Annalium Flandriæ. 1126.*

Cùm sanctus Dominicus Hispanus Valentia daret operam litteris, omnem ferè Hispaniam immanis oppræsserit fames. Deficiebant præ fame, & siti pauperes, nec erat, qui reficeret: moriebantur miseri, & inopes, nec erat, qui curaret: clamabant pupilli, & viduæ, parvuli, & debiles, nec quicquam attendebat. Inter hæc affligebatur spiritus juvenis Domini, & compatiebatur misericors anima ejus pauperum multitudinem. Itaque consilii Evangelicæ non surdus auditor, immo perfectionis selector egregius, diritaxit liberos, & omnes res suas, pretiumque in pauperes expendit. Ita gratissimus Christo juvenis, obediens verbo Salvatoris, proximorum periculis medebatur, intuentibus præclaro provocavit exemplo. *Theodoricus de Apollida, in vita ejus lib. 1. cap. 2. apud Sur. tom. 4. Augusti 5.*

Tempore Sidonii Episcopi magna Burgundiam fames oppræssit: cumque populi per diversas regiones dispergerentur, nec esset ullus, qui pauperibus alimoniam largiretur, Ecclitius quidam ex Senatoribus, hujus propinquus, magnam tunc rem in Deo consilium fecisse perhibetur. Nam invalescente fame, misit pueros suos cum equis, & plaustris per vicinas sibi civitates, ut eos, qui hæc inopia vexabantur, sibi adducerent. At illi euntes, cunctos pauperes, quotquot invenire poterunt, adducere ad domos ejus: ibique eos per omne tempus sterilitatis pascens, ab interitu famis exemit: fuereque, ut multi ajunt, amplius quam quatuor millia promissum fecus. Adveniente autem ubertate, ordinata iterum evectioe, unumquemque in locum suum restituit. Post quorum discessum, vox ad eum *L. B. Libeat. vit. Human. Tom. VI.*

è ecclesiis lapsa pervenit, dicens: Eccliti, quia fecisti rem hanc, tibi, & femini tuo panis non deerit in sempiternum, eò quod E. obedieris verbis meis, & famem meam refectioe pauperum sataveris. *Greg. Tur. lib. 2. hist. Franc. c. 24.*

Quadam die cùm Judocus Britonum Regis filius ad vitum quotidianum non haberet nisi panem modicum pro se, & discipulo suo Vulmaro: & Dominus in specie pauperis adveniret eleemosynam petens, vir Domini Judocus panem dividi jussit in quadrantes, & petenti de quadrante unum erogari. Jam vir egressus erat, & ecce revertitur Dominus in forma egeni deficientis inedia, & de secundo panis quadrante fatissimum est ejus petitioni: Nec mora, regressus tertio, quasi esuriens ac deficientis fame, donatus est tertio panis parte. Consequenter visus est advenire Dominus in altera inopis effigie, rogatur eleemosynam, sicut jam tertio fecerat ante, nec erat unde reficeretur, nisi de residuo panis quadrante: eum quoque vir Domini Judocus pauperi erogari jussit. Cui ait Vulmarus: Nihil nobis vis reservare, pater? Volo, inquit, vir sanctus totum tibi esurienti, quia potens est Dominus etiam hodie nostra providere necessitati. Vix receperat Dominus, & interim dum consolaretur versus Dei amicum discipulum de F. panis erogatione commotum: Ecce per fenestram visus sunt, & inventa in alveo fluminis quatuor navicula victualibus onusta, de quibus, qui eas adduxerit, vel quo jam victualibus exoneratas reverterit, nescitur ejus in hodiernum diem. *Florentius Abbas in vita ejus, apud Sur. tom. 6. cap. 4.*

Singulari studio sanctus Bernardinus Senensis ferebatur ad præstendas eleemosynas, nec ulla re adhuc puer delectari videbatur, quam si posset pauperibus bene facere. Casu quandoque accidit, ut parum in ædibus Dianæ relictum esset panis. Eum autem ipsum pauperi mendicanti Diana dare volebat. Dixit ergo illi pius puer? Quæro, demus pauperi stipem: alioqui ego hodie neque prandium, neque coenam sumpturus sum: malo enim pauperem refici hoc pane, quam me. *Apud Surium in vita ejus cap. 2. tom. 2. Martii 90.*

SITIS RESTINCTA.

Rebecca filia Bachel valde liberaliter egit cum famulo Abrahæ ipsum, & camelos ejus adquire cupiens, dicens: bibe, domine mi, &c. *Genes. 24. vers. 18.*

Cùm Leo Majoranus primus ejus nominis Imperator, nondum divino nutu Imperiali dignitate exornatus, privatus degeret, & circa locum cæno, arboribus, & limo uliginoso obstructum, deambulare, in hominem cæcum toto via errantem incidit: & vicem ejus miseratus, (erat enim vir bonus, misericors, & in rebus omnibus consideratus, & providus) manu eum duxit, oculi ei vicem præstans, gressumque ejus per loca plana dirigens, si quid in itinere spinatum aut duri esset, quod incidendum ostendere posset, removit. Atque ille quidem hunc ducebat, hic autem sequebatur. Et jam aliquanto itinere perfecto, prope cænosum hunc locum venerant: caculique ille sibi plurimum consciebat, & quin conideret, parum aberat, etiam hæc humor omnis in eo æstu vehementissimo exaruerat. Itaque Leoni valde insitit, ab coque crebris contendit, ut siti ejus mederetur, & vitæ laborem in umbra quapiam aliquantum recrearet. Erat hoc menarrabilis cognitionis, & Sapientie Dei, quæ mirifice omnia instituit. Ille igitur misericordia erga pauperem motus, densam sylvam omnem perstravit, & si quis aquæ humor ibi scateret, serutatus est. H. Ut verò post fatigationem multam insecta re ad illum redit, & anxie admodum quiritaretur, quod misero illi in talicatu nihil solatii conferre posset, vocem incredibilem præter opinionem omnem ex alto ad se delatam audit, quæ diceret: Non ita anxietate te macerati oportet Leo, ecce aqua propè est. Proinde nova hæc voce confirmatus, denuò undam inquirere insitit. Sed & ipse cæcus profusus fuit. Circum eam enim ipse versabatur, minimè tamen eam videbat: quod & sylvæ densa opacitas ei obfiteret, & cæcum profundius inde illum removeret; quapropter partim indignans, quod quem manu duxerat cæcus arumnam eam pateretur: partim vocem eam in animo fixam considerans, & aquam rursus investigans, denuò eam ipsam exaudiri suave quiddam, & factum eccelsis sonantem vocem. Nam & denomine eum compellavit, & Imperialem dignitatem primo quoque tempore ei adventuram certo denunciavit, ita inquis: Leo Imperator, densum hunc, & umbrosam lucum ingressus turbidam aquam hauri, eaque sitim hominis ægræ refice: & limum cænosum manibus cape, quo cæci oculos inungas. Quæ verò sum, dudum hunc obti-

nens locum, eoque me oblectans, mox scies. Tu fac, ut adem
 hic mihi facram confituras, in qua identem verber, & suaver
 deambularem: in qua etiam precantibus omnibus, locumque
 hunc cum ardore, & fide certa aduentibus optata praestem
 omnia. Neque quidquam est profusus, quod mihi ad verferetur,
 & non continuo potestati meae cessurum sit, etiam si demon
 sit, aut morbus, qui omnem superet medicinam curam, aut aliud
 quidquam, quod factura non sum, dummodo rite, pieque sit
 petitum. Verbis eis Leo patens, cennum, & undam ad cepum
 parum id jam curantem, ut in quo spiritus propè extinctus
 esset, attrit: & oculos ejus luto, non secus atque servator,
 illius à nativitate cæci, linivit: deinde etiam aquam præbuit,
 oculos attritanti. Ecce autem, majestas, & magnificentia tua,
 o Dei genitrix, se exhibet, & misero illi aqua turbida, & lutum
 Siloe sit. Confestim enim visum recipit, & diurnas abiicit
 tenebras, oculis præter spem omnem, solem, seu potius, ce-
 num, & lutum inspiciens. Sicuti namque sol primum, qui vi-
 sui lucem primum dat, ab eo conspicitur, sic tum lutum, quod
 lumen illi subministrarat, primum ab eo est inspectum.
 Qua in re illud etiam admirandum fuit. Nam quod oculis
 valentibus maxime advertebatur, id tum natura, & vi
 sua deposita, salutare est factum. Ex lib. 15. hist. Eccl. Nice-
 ph. Call. cap. 25. Baron. annal. Ecc. ad ann. Dom. 457. 4. 5. 6.
 tom. 6.

Mulier quædam cadao laborans morbo sæpè in plateis
 corruerat. Accidit autem, ut magno spiritus angore correpta
 in domum Lydyvinæ intraret, potumque sibi dari posceret.
 Lydyvina tum nihil cogitans de exiguo vino, quod supererat,
 cum sola esset, aquam monstravit femina quodam vasculo
 contentam. Illa totam exhausit, sed sitis extincta non est. At-
 det misera, plurtque sibi dari petit: tum Lydyvina recordata
 vini, digito ostendit: atque illa totum bibit: rursusque instat
 pro potu. Sed cum nihil liquoris haberet virgo, dedit ei num-
 mum quendam, ut illo sibi potum emeret: quem illa hilariter
 accipiens abscessit. Deinde febribus Lydyvinam corripienti-
 bus, orat patrem, ut pauillum vini porrigat, quo labia arentia
 tingantur. Non enim meminit tunc, sceminam morbidam vin-
 um omne epotasse. Porrigit pater poculum filia, unde illa
 mulier biberat, & ecce plenus est optimo vino, divinitus in
 illud infuso: stupet virgo, nullum se melius bibisse vinum sen-
 tiens; nec tamen patri indicat unde sit, licet & ille stupens
 admiraretur, neque colorem, neque saporem ejus unquam
 perire. Tandem cum in vasculo longo tempore durasset, cu-
 jusdam femina incuria effusum est. Per id tempus adhuc
 parcissimè utebatur vino Lydyvina: itaque doluit illud effu-
 sum, quod nunquam habuisset sibi accommodatum vinum.
 Cumen, in alia vina sine aquæ admixtione bibere non posset,
 hoc solum in purum bibit. Joannes Brukmanus in vita ejus apud
 Sur. tom. 7. 14. April.

POTUM NEGANTES PUNITI.

Cum S. Heimerammus Episcopus Ratisbonensis in tor-
 mentis gravissimis esset, & carnicibus videntes eum ita pœnis
 affectum, nec à laudibus Dei, & Psalmis Davidicis desistentē,
 ipsius lingua minister invidentes, eam ferro in os injecto
 præcederunt, atque ita corporis trunco relicto abierunt. Reman-
 sit autem in certaminis campo, sanguine suo involutus, victor
 triumphalis, exultans. Postquam autem abiere, è suis latibulis
 ad venerabilem Christi martyrem, Clerici cum vicinis mulie-
 ribus advolarunt, à quibus vir sanctus pro sui refrigerio aqua
 D petebat. Dixit autem eum Vitalis presbyter, & interpres
 ejus, vir pius, & religiosus, cujus antea meminimus dixit verò
 non fide lachrymis, quas ab oculis ejus exprimebant tanti sui
 magistris cruciatu: Quid vis recollari, cum sis membris cor-
 poris destitutus? Meo quidem judicio rectius tibi mortem
 optaris, quam tot affectus injuriis vitam producere velis. Cer-
 nens autem Dei Martyr presbyteri sui animum secus affectum,
 quam expedit, collecto spiritu, abscessit lingua, verba, ut po-
 tuit, explicans, ita ait ad eum. Non tibi in mentem venit, sæpè
 me dixisse, neminem ad mortem festinare debere, sed potius
 optare, ut differatur, ut possit ipse intercessionibus faciem Do-
 mini præoccupare, ut detur spatium infirmis ad agendam pec-
 nitentiam propter ea, qua humana infirmitas perpetrat? An
 verò pigritia tua mollium videtur cruentum refrigerate pec-
 tus? Ecce nunc temporaria vite hanc ego propono penam, ut
 quoties ori tuo potum applicueris, mentis inops fias; nec
 tamen cuiquam neceas, led inobedientie exemplum de te
 præbeas. Dixit hoc vir sanctissimus, & ut dixit, ita fa-
 ctum est. Cyrillus Episc. in vita ejus cap. 12. apud Sur. 22.
 Septemb.

Cum aliquando sanctus Willibrordus Episcopus Trajecten-
 sis Evangelizandi gratia festinaret in Frisia proficisceretur, E
 & propter via labore in pratis ejusdam divitis equos pau-
 lulum lassos refocillare vellet, dives ille id minime ferens spi-
 ritu superbia motus equos cadere cepit, & è palcis abigere:
 quem vir Dei placidissimis verbis alloquitur, dicens: Desine no-
 bis injurias facere, non enim propter lætationem tui, sed pro-
 pter necessitatem nostram ad horam in his pacificis quiescere vo-
 luimus. Instat nobis opus Dei peragendum, cujus tu quoque
 mercedem habere poteris, si nos, quantum ad te pertinet, ad-
 juveris animo, memor illius Domini nostri Jesu Christi dul-
 cissimæ promissionis: Qui vos recipit, me recipit, & qui me
 recipit, recipit eum, qui me misit. Sed magis mente pacifica no-
 bificum quasi amicus te ipsum reficiens, aliquantulum bibe,
 nobisque iter ceptum pergentibus, tu à Deo benedictus rever-
 tere in domum tuam. Ille autem in malitia pertinax, nolens
 pacificis viri Dei verbis acquiescere, sed convicia ingenians,
 opprobria jaculans: Tu me, inquit, hortaris bibere, & pacem
 tecum inire: scitò certissime, quod tecum habere pro nihilo
 habeo. Rapienter ex ejus ore verbum hoc vir Dei: Si non
 velis, ait, tecum bibere, non bibet: & statim paratis focis, per-
 F rexit viam suam. Ille quoque contumax domum suam festi-
 nabat adire; sed totus subito fiti ardebat cupiensque ardentem
 stomachum vino refrigerare, os, quod viro Dei convicia in-
 gessit, vini potionem recipere non valebat, & qui pacem cum
 viro Dei voluntarie noluit, penam in se ipso necessario susti-
 nuit. Vocati sunt medici, qui sitim sedarent, ut faciliorem
 agroto bibendi præstarent: anhelabat viscera, sed non
 fuit, qui guttam vini ferventem pulmone infunderet valeret.
 Tandem aliquando penitentia ducit ille, in seipsum reversus
 est, & agnoscebat sanctum V Willibrordum esse, quem offen-
 derat, illiusque, anhelante spiritu, optabat reditum. Qui se-
 quenti anno eadem reversus est via, præconitoque adventu
 ejus: obvius ei homo agrotos venire festinabat, culpam
 confitens suam, & quam patiebatur penam apertens, pro
 amore Christi fe solvi deprecabatur. Quem vir Dei mi-
 sericordia motus absolvit, deditque illi cum benedictione de
 suo bibere calice. Qui mox absolutus bibeat, & sanus in
 suam reversus est domum. Ex Albino Flavio Aluano Car-
 roli Magni præceptore in ejus vita Sur. cap. 19. 7. No-
 vemb. tom. 6.

PRÆMIUM IDEM DANTIUM. G

Alius item Episcopus oppido sitiens vinum sibi adferri præ-
 cepit, eumque pincerna totum, quod erat in vasculo, funditus
 exhaussit in poculum, & Episcopo detulisset: ecce pauper
 importunis illud sibi flagitabat precibus dari, dicens, quia præ
 ariditate nimia, nisi biberet, quo minus expiraret. Contra
 minister asserbat, & nil se in vase residuum reliquisse, & in
 eo loco vinum aliud reperire nullatenus posse. In his ergo
 fortis Episcopus angustissis deprehensus, cum & hinc vim sitis
 fufferre non posset, illinc autem alio periclitante se bibere im-
 pium judicans, avertit se à se, fratrique laboranti in necessitate
 succurrit. Præcepit ergo pauperi vinum dari. Sed jam quò
 spes bibendi defecerat omnino, eo sitis Episcopi atrocissimè se-
 viebat: mandavit ministro, ut vinarium vas requireret, si forte
 aliquam consolationis stillam vel perexiguam reperiret. Qui
 diutius abnegans, nihilque se reservasse constanter affirmans,
 tandem non ipse creatus, sed Imperio magis oppressus paruit,
 & vas, quod vacuum reliquerat, vino plenum nimium admira-
 tum invenit. Tom. 3. Bibliotheca SS. Patrum ex epist. Petri Da-
 miani.

* PAUPERIBUS, ET GENIS ULTRIO DANDUM.

Neque tamen expectandum, ut subvynas pauperi, donec H
 ipse te sollicitet, & quasi egellate via provocet, telis est Ri-
 chardus. In omnes enim beneficis, egenos quovismod acci-
 perentiam à se quidquam invitabat: rogatus autem cur id fa-
 ceret respondit: quia carè emittur, quod precibus emittur. O
 miserabilis conditio mendicantis! Inquit Jun. de cond. Fragil.
 bum. si petit, pudore confunditur: si non petit, egestate
 consumitur: ut et mendicat, & inopia compellitur. Sur. tom. 2.
 in vita.

Verum ad hanc cum proximo nostro misericordiam sum-
 moperare incitare non debet, quod qui cum faciat, à Deo etiam
 iusto quodam titulo misericordiam exposcat. Docet id S. EL-
 ZABARIUS COMES: nam cum die quodam plures auri uncias,
 & pannum coccineum, oblata munera, repudiasset; ingressus
 cubile, ut animum pia meditatione colligeret, hujuscemodi
 verbis usus dicitur: Tu mihi, Domine Deus, in Paradiso debes
 centum

centum auri uncias, & duos pannos coccineos. Hanc fidu-
 A ciam nos docet Ecclesiast. Benefac iusto, & invenies retribu-
 tionem magnam; et non ab ipso, certè à Domino. Suvius
 tom. 5. in Vita. Merito de illo dicemus, quod de Probo Clau-
 dianus:
 Hinc non divitiis nigrantibus abdidit antris,
 Neq; veteris damnavit opes, sed largior imbre
 Siveverat innumeras hominum ditare catervas.
 Quippe velut densa currentia munerum nimbo
 Cernere semper eras: populis undare Penates,
 Assiduos intrare inopes, remare beatos.
 Præceps illa manus fluviis superabat lberos.
 Aurea dona vomens.
 Munsterus lib. 2. Cosmog. de Duc. Sabaud. Beyerlinch in Apoph-
 ebeum Christianis.

Neque hoc loco prætercunda est Catharina Senensis erga
 pauperes providentia. Hæc enim, dum ex putida farina, ea-
 que modica admodum, plures, & sapidus panes propriis ma-
 nibus concocisset, & miraculo causam Raymundus, cui de
 more sua peccata confitebatur, interrogaret, hanc dedit: Ne
 Dei donum despiceretur, neve pauperes negligerentur, ma-
 gno cum fervore accessit ad illam farinam: atque ita Angelis
 mihi cooperantibus multiplicata ea fuit, & in meliorem con-
 versa. Ita duo minuta viduæ istius Evangelicæ laudavit Chris-
 tus, & gloriabatur Apostolus de Corinthiis, ob promptum
 animorum eorum erga ministratum in Sanctis. In vita ejus apud
 Sur. tom. 3. pag. 947. Vide supra. s. Præmium liberal. in
 pauperes.

Pari beniginitate illustris Birgitta, quæ dum omnia paupe-
 rum inopia sublevande largiretur, Regi quidem eam ven-
 dere destinabat pater. Quam cum rogaret ipse Rex, cur gladi-
 um sui patris abstulisset, pretiumque, quod ex eo reporta-
 rit, pauperibus erogasset? respondit: Christo illum largita
 sum. Et certè sit Dominum Regem, & parentem Deum à me
 peteret; modo possem, utrumque lubens cum facultatibus da-
 rem. Quo auditò, ille ad patrem conversus; Major, inquit, fi-
 lia tua est, quam que vel abs te vendi, vel à me emi possit. Sur.
 tom. 1. in Vita.

Flagrabit etiam S. Lydyvina hoc liberalitatis splendore: ita
 C ut neminem adstantium unquam à fe repulserit: domesticis
 autem concurrentium multitudinem excludere conantibus,
 Quid agitis, inquit, fortes meæ? Itane lucrari non de-
 bebimus Christo animas, quas Satan devorare intendit? ve-
 niant ad me pauperes: necdum eo perveni, quò ille, qui
 optabat anathema esse pro fratribus. In vita apud Su-
 vium, tom. 2.

DE SACRA ECCLESIE SUPBELLECTILI, ET VASIS SACRIS ALIENANDIS, ET COMMUNENDIS, AD subveniendum necessitati pauperum, Consule Lo-
 cum de Ecclesia Titulo particulari, ubi multis exemplis id
 docetur.

* DURITIA, ET CRUELITAS IN PAUPERES PUNITA.

Amici Job, cum eum in sterquilino sedentem viderunt, &
 testa famem radentem, multis verbis illi sunt, ut eum alicujus
 sceleris arguerent, propter quod sic eum Deos percussisset:
 multum accuserunt, sed toto illo tempore nec pannum
 quidem, qui vulnera sua mundaret, ei porrexerunt. Quare &
 iratus est illi Deus, nec nisi ipsius Job precibus placari voluit.
 D Job cap. 1. & sequent.

Terribile est exemplum in Evangelio de Epulone aternis
 ignibus deputato, quod micæ panis Lazaro mendico negasset.
 Sic enim hanc damnationis suæ causam Abraham inducitur
 referre, Recordare, fili, quot recepisti bona in vita tua, Laza-
 rus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero crucia-
 reris. Et præmittitur in historia, sive parabola, quòd Lazarus jac-
 ebat ad januam ejus ulceribus plenus, cupiens saturari de mi-
 cis, que cadebant de mensa divitis. Lucæ cap. 19.
 Memorabilem historiam narrat Honorius in Floribus. Ma-
 rianus Scotus, Tribemius de rebus Hispauigenisum: & ex illis.
 Munsterus lib. 3. Cosmog. c. 179. de Hatone Bonoso Moguntin-
 ensium Archiepiscopo, in suis verbis. Juxta oppidum Bin-
 gum, quod tribus à Moguntia leucis distat, & ad Rhe-
 ni, & Nathe fluviorum confluentiam, in medio velut
 Rheni sita est turris quadam, vocata passim Turris mu-
 rium, sive glirium, à tali eventu hoc sortita vocabulum. Fuit
 anno Christi 914. quò Otho Magnus romæ potie-
 batur, Episcopus quidam Moguntia Hatto nomine, an-

teà Abbas Fuldenfis, sub quo magna in terris fuit fames:
 Videns ergo ille pauperes magna premi fame, congregavit in E
 horreo plures pauperes, & concremavit eos. Dicebat enim,
 non differunt hi muribus, qui frumentum comedunt, ad ni-
 hilum utiles. At Deus tantam tyrannidem inultam non dimi-
 sit. Præcepit namque muribus, ut cateratim eum inviderent,
 & die nocteque assigerent, atque vivum devorare festinarent.
 At ille fugiens in hanc turrim, putavit se totum fore in me-
 dio Rheni à moribus murium, quod tamen minime profuit.
 Nam venerunt mures innumera, quod tamen minime profuit.
 excutur judicium Dei iustum. Quod miser agnosces, tam-
 dem inter mures interit. Scribunt quidam quod mures non-
 men quoque ejus delentes à parietibus, & tapetibus abrafer-
 rint.

Verum historiam hanc ut fabulosam, & fictitiam censent
 plures eruditi recentiores, abducti non invalidis argumentis,
 quorum summam tradit Nicol. Serrari. lib. 4. c. 4. Rerum Mogli-
 tiacarum. Siquidem Hatto iste vixit anno 968. plusquam ante
 annos sexcentos, quomodo ergo ante Trithemium, qui hanc
 historiam primus descripsit, nemo illius tam rari divina ira, &
 vindictæ ostent meminisset, præsertim cum ipsi Hattoni con-
 temporanei fuerint, aut saltem non ita diu post illum florue-
 rint, Lambertus Schafnaburgensis, Marianus Scotus, Sigebertus,
 Otho Frisingensis, Abbas Urtpergensis, Albertus Stadien-
 sis, & alii, qui omnes de Hatone ne jota quidem, cum nihil
 memoratu dignum de illo videretur, quale certè hoc divine
 potentia, & justitia exemplum fuisset.

Fuerunt præterea illis ipsis temporibus viri sanctissimi, S.
 Udalricus, S. Bruno, S. Majolus, & alii plures concionato-
 res ferventes, qui omnes virtutum, ac vitiorum exempla post-
 ris tradiderunt, at hujus Hattonis à muribus comesti nullam
 faciunt mentionem. Unde constat, quàm sinistra fide con-
 rariatores allegent pro narrationis hujus firmitate Martinum
 Polonium: atque eundem etiam allegent in hoc Theatro Zuvin-
 genis, adjungens præterea Lambertum illum, ac Marianum,
 eum tamen nemo illorum in suis scriptis hujus commenti me-
 minerit.

Adde, quòd Trithemius qui inter hos scriptores primum
 antiquitatis, & dignitatis locum obtinet, fabulam appellet: &
 Centuriatores narrationem: quomodo etiam fabulosum scribit
 Georg. Heylman. Eccl. Mogunt. Sigillifer.

Plura pro hujus historia discussione videantur apud eum-
 dem Serrarium supra, cap. 4. §. 5. & sequentibus. Porro hanc G
 ipsam historiam verbis Trithemii repetitam habes in loco de
 peccato, Tit. Pana peccatorum varie.

Julianus Imperator (apostata) Christianos assererebat ex Evan-
 geli præscripto nequaquam assuere debere divitiis, sed eas
 potentibus impendere, & superaddere, immò & perfectionis
 adipiscendæ gratia, omnia penitus erogare debere, quod quibus
 manet regnum in caelo, lubenti animo patiantur pendendum
 terrenæ substantiæ. Hisce planè coloribus rapax fiseus injecti
 avidas manus in Gallicani viri consularis, olim generi Con-
 stantini, opulentissimum patrimonium. Sed quid accidit me-
 moria dignum? ipse Christus, in cujus pauperes Gallicani
 divitiæ erogabantur, tutatus est redditus egenorum, pavendis
 planè prodigiis: nam quicumque accedebat, ut prædis vel
 domibus fideles affigeret titulos, vel exigeret pensiones, attri-
 picbatur à deemono, vel percussus lepra, & vestigio recedebat.
 Eusebius, & Nicephorus in hist.

Joannes Moscus Eviratus in Prato Spirituali cap. 85. in mo-
 nasterio, ait, Abbatiss Theodosii in Scopulo, inter Seleuciam H
 & Rosum Cilicæ consuetudo fuit, ut in cena Domini pau-
 peres omnes, & pupilli regionis hujus confunderent huc, & ac-
 ciperent medium tritici sextarium, benedictiones tredecim:
 & sextarium vini, mediumque sextarium mellis pro quolibet.
 Ante hoc autem triennium magna tritici sterilitas fuit,
 uno numismate. Cum ergo venissent jejuni dies, dicitur
 Abbati nostro quidam ex Patribus: nolis, Domine Pater,
 secundum consuetudinem dare pauperibus triticium, ne de-
 fit monasterio. Triticum enim non invenitur. Abbas autem
 cepit dicere fratribus: non infringamus, filii, benedictio-
 nem Patris nostri Theodosii. Videte, mandatum senis est,
 non expedit nobis illud transgredi. Verè ipse est, qui curam
 nostri gerit. Fratres autem persisterunt in sua sententia, di-
 centes Abbati: non suppetit nobis, quod dare possimus.
 Tunc Abbas contristatus ait illis: ite, & secundum quod
 vultis facite. Non itaque ut consuetum erat, delerunt be-
 nedictionem in die factæ cenæ, & parafeces. Præfectus
 postmodum, qui præerat horreis, aperuit ostia, & reperit
 triticium totum germinasse. Quare coacti postea sumus il-
 lud

